

THESES  
DE  
CAUSIS PER ACCIDENS,

I.  
Tertium apud Philosophos, à Platone  
primum usurpatum, est verberium, *nihil*  
*fieri sine causa.*

Connexio  
hujus Disp.  
cum præ-  
cedenti.

II.  
Quod, quò ad efficientem causam, ita est *καθολι-  
κόν*, ut nulla nec *ένστασις*, nec ratio proferri possit, quæ  
arguat contrarium.

III.  
Ac quomodo agere vel operari posset id, quod  
nondum existit?

IV.  
Cum verò causarum alix effectum producant  
per se, alix per accidens, ac de illis in proxima sit  
actum *σζητήσαι*, consequens jam est, ut de his etiam  
tractetur.

V.  
Causarum per accidens nomine nihil hinc aliud  
intelligimus, quàm fortunam & casum, ad quas illos  
referimus eventus, qui rarò ad eundem eveniunt mo-  
dum, & fines expetitos & intentos, omnem præter opi-  
nionem, comitantur.

Quales  
sint effectus  
causarum  
per acci-  
dens.

VI.  
Excludenda ergo hinc est ea per accidens cau-  
sa, quæ merum agentis per se est accidens, ad quam nul-  
lus sequitur effectus, nisi is, qui ab agente per se fuit  
quæsius.

Causa per  
accidens  
huc non  
pertinens.